**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 279**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 183.



Hasce revelationes latio donasse dicitur Petrus Olai de Alvastro Prior Ord: Cisterc:

S: Brigitta, rectius Birgitta, Sueca obiit Romæ ao 1373. Plura dabunt Fabric: Bibl: m: et i: lat: T. I. p. 279. et quos ibi laudat.

2.

Sermo idiomate Bohemico.

Sermo idiomate Bohemico.

130b – 132a

# Cod. CCLXXIX.

Chartac: 4. Soec: 15. B 6.4.

Petri de Rosenheim Memoriale S. Scripturæ.

Petri de Rosenheim Memoriale roseum Sacræ Scripturæ. Dedicatio ad Brandem Castilionem Cardin: incipit: " Reverendissimo in Xto patri &c: frater Petrus de Rosenhaim Monachus monasterii Medlicensis &c: Multi conati sunt." Opus ipsum metricum est, et succinctum V: et N. Testamenti compendium. Præmittitur prologus metricus, qui incipit:"

" Rore tuo cor Xte riga mentem mihi lustra."

Liber genesis incipit:

" Astripotens celum, terram, speram mare germen."

Huic autem præit aliud brevius compendium metricum, et ordine alphabetico scriptum, quod incipit:"

Astra, polum, cuncta terra, genesisq; patres dat."

Plura de hoc opusculo vide apud Kropff: in Bibl: Mellicensi pag: 206 seqq: quem exscribere piget.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 279**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 184.



Petrus de Rosenhaim Bavarus, Prior Mellicensis, obiit circa annum 1440; estque idem, qui avizationes dedit Stephano de Rietten, tal, cum emitteretur ad Seittenstetten in causa reformationis, et Abbatem nostrum Laurentium dignitate privaret.

# Cod: CCLXXX.

Chartac: 4. Sæc: 15.

B 6.5.

## 1.

Joann: de Marienwerder Expos: Symboli Apostol.

1a–127b

Joannis de Marienwerder Expositio Symboli Apostolorum. Finita tabula alphabetica materiarum incipit præfatio". Venite ambulemus &c. Plura vide in Cod: CCXIV. n: 6.

## 2.

Franc: de Brega quæst: de corpore Xti.

134a–160b

f. 160v

Francisci de Brega quæstiones de corpore Xti. Inscriptio sonat: " Nota questiones de corpore Xti compilate per Reverendum Magistrum franciscum de Brega professorem Sacre Theologie." Initium est: " Utrum Sacramentum eukaristie sit dandum laycali populo sub utraque specie." In fine subscriptum est: " Expliciunt questiones de corpore Xti compilate per Magistrum franciscum Et sunt pronunciate per magistrum Conradum et finite per Gregorium filium Nicolai Rotificis de Oppova sub aõ dñi M°. CCCC LX ij°. feria 4".

Scriptum hoc doctrinam Hussi impugnat, cujus quoque expressa fit mentio; author vero eruditis videtur ignotus.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 279

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27631

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)